

Langelott, Joël. Joelis Langelotti D. & archiatri serenissimi holsatiæ ducis regentis Epistola ad præcellentissimos naturæ curiosos. De quibusdam in chymia prætermisissis, quorum occasione secreta haud exigui momenti proq[ue], non-entibus hactenus habita, candidè deteguntur & demonstrantur.

*Hamburgi, apud Gothofredum Schultzen Prostant & Amsterodami, apud Joannem Janssonium à Waesberge. A. M. DC. LXXII., 1672.
Cote : BIU Santé Pharmacie 11278 (2)*

JOELIS LANGELOTTI D.
& Archiatri Serenissimi Hol-
satiae Ducis Regentis

EPISTOLA
ad


Præcellentissimos
NATURÆ CURIOSOS.

De quibusdam in Chymia
prætermisiss, quorum occasione
SECRETA haud exigui momenti proq;
non-Entibus hæcenus habita, candidè detegun-
tur & demonstrauntur.



HAMBURGI,
Apud GOTHOFREDUM Schulzen /

Prostant & AMSTERODAMI,
Apud JOANNEM JANSSONIUM à WAESBERGE.
A. M. DC. LXXII.



*Præcellentissimi Viri, Domini
& Fautores Honoratissimi.*

NIsis nuper, sed quod do-
luit, serò nimis invita-
toriiis vestris tanto Bo-
ni publici promovendi
desiderio flagrantibus, proti-
nus adeò affectum me immò & ac-
censum sensi, ut nihil prius cogi-
tandum duxerim, quàm quâ rati-
one & ego publicè testatum face-
rem, me institutum hoc vestrum
omni modo probare, & velle
quoque meam qualemcunque o-
peram commodare vobis, si mō-
dò per virium tenuitatem liceat.
Et commodum occurrere ex Ob-
servatis meis Chymicis quædam,
quæ haud veritus sum Curiosis
vestris oculis subicere, utpote
non adeò quotidiana visa mihi,

A 2

vul-

vulgoque Chymicorum contrita, sed quæ solertiora ingenia excitare poterunt ad majora iis tentanda, elaborandaque ea Artis arcana, quæ non nisi in paucissimorum hætenus notitiam venere.

Mirum utique semper mihi accidit, quæ factum *quod præcipue quæque Operationes Chymicæ*, quas vulgò processus, nominam⁹, nullo hætenus in numerò fuerint, sed potius fastiditæ & pro falsis habitæ in occultò jacuerint, quædam quoque inter ipsa non-Entia relatæ. Et deprehendi tandem, veram istius causam esse, quod ea, quæ quàm maximè oportebat *media* haud eò, quò par erat modò & tempore adhibuerint artis Cultores.

Ex iis verò tria præprimis eminere & mirandas planè usus præstare certâ experienciâ comperi, *Digestionem nempe, Fermentationem*

tionem & *Tritum, trita equidem ^{* Utor}
 vel ipsis Tyronibus nomina, quæ <sup>vocabu-
 lō Plinio</sup>
 tamen quoad usum paucis etiam ^{usitatō.}
 Veteranis innotuere hactenus, id
 quod loculentis nunc aliquot Ex-
 perimentis demonstrandum mi-
 hi erit, *ut animum iis addam, qui*
Chymia dant operam, ne tam citò de-
sinant, ubi maximè pergendum erat,
nec spem hujus vel illius Processus illi-
cò abjiciant etiamsi dubius appareat,
Criticis quoque consulam ne properè
nimis in incomperta parumq; intelle-
cta censorium stylum exerceant.

Atque sic primò omnium in- ^{Digestio-}
 signem *Digestionis* usum in præpa- ^{nis usus.}
 rando *Sale Tartari volatili* osten- ^{I.}
 dam. Hoc quanti æstimatum sit ^{In præ-}
 hactenus, quantâque cura curio- ^{parando}
 sis quæsitum meum non est pluri- ^{*Sale Tar-*}
 bus nunc recensere. Difficulta- ^{*tari vo-*}
 tes quæ mihi occurrerint, verbò ^{*latili.*}
 complectar. Multis sanè super
 istâ volatilisatione Processibus
 incassum tentatis deveni tandem

A 3

in

in eam sententiam me nunquam melius citiusve ad scopum per-venturum, *quam si Sal fixum Tartari compari suo volatili jungerem*, verum nec sic satis benè profeci, ascendente tantillò Salis volatilis, potiore verò parte in fundo vasis remanente. Quamprimum verò temporis unà debitam rationem habui *longinquamq; digestionem in subsidium vocavi*, tam benè successit operatio, ut primâ statim vice acciperem, quod vix pluribus me cohobiis consecuturum verebar, *Sal nempe Tartari volatile, candidissimi coloris, relictis paucis tantum fecibus insipidis planè terreiq; coloris.*

Alter Dig-
gestionis
usus in
parandis
Sulphu-
rum Mi-
neraliū
Essenti-
is.

Consimile Digestionis bene-
ficiū in multis aliis, præprimis
verò *in sulphurum mineralium Es-*
sentiis ritè parandis expertus
sum; verum lubet unicum nunc
saltem de Corallis experimentū
heic loci adducere, quoniam præ
mul-

multis aliis mihi visum fuit magnam illam Digestionis vim & efficaciam omnium clarissimè ob oculos ponere. Superfuderam ante annos aliquot fragmentis Corallorum rubrorum integris Oleum inter destillata Vegetabilia, quantum mihi constat omnium blandissimum, tentaturus num eò Tincturam extrahere possem. Verùm frustra fui, conspicatus longò satis tempore nec Oleum nec Corallia vel tantillum mutari. Spe ergò boni successus abjectâ nullam amplius istius cucurbitulæ curam habui. Præteritâ verò hieme cum aliis quibusdam laboribus in furno digestionis occuparer, placuit tamdiu intermissum Corallinum laborem repetere, & cucurbitulæ isti denuò ibi locum concedere, nec sine felici successu. Vix enim exacto mense cum more solito eam agitare adverti fragmenta Coralli.

Inaudita hæc
nus Corallorum
resolutio.

rallina paullò intensius rubere &
mollescere sine ullâ tamen Olei
 mutatione. Perrexi ergò eodem
 caloris gradu, postque aliquot di-
 es vidi, quod valdè mirâus sum:
 Corallia nempe penitus resoluta
 erant in *mucilaginem rubicundissi-
 mam*, Oleum verò adhuc dum in
 pristinâ formâ ei supernatabat,
 nec tantillum Tincturæ suscep-
 rat. Agitavi cucurbitulam sa-
 tis validè & sapiculè, visurus,
 num illud cum mucilagine Co-
 rallinâ possem unire, verùm nihil
 egi, Oleo semper ascendente, &
 mucilagine subsidente. Ten-
 tavi, num Digestione possem
 unire, verùm nec id successit.
 Coactus ergò separare, quæ o-
 mnem unionem respuerent, de-
 pletòque Oleo, quod comperi
 pristinum fermè & odorem & sa-
 porem referre adfudi restanti
 mucilagini Spir. Vini Tartarifa-
 tum, à quò brevi digestionem re-
 solvi

9
solvi se passa est in rubicundissi-
mam Tincturam. Et hoc dupli-
ci Experimento puto me planum
fecisse, quantum valeat neglecta
hactenus longinqua DIGESTIO.
Expendant quoque heic Philo-
chimici, quanta Salium volatili-
um sit actio & ἐνέργεια, si iis com-
pedes injiciantur, ne tam citò a-
volare queant.

Accedo nunc ad *Fermentatio-* Fermen-
nem, quæ quantum utilitatis fru- tationis
ctum in Chymia præbeat, possem in Chy-
& id quoque pluribus nunc Expe- mia u-
perimentis confirmare. Mirabi- fus.
lem utique fermentationem vidi
in *Antimonio*, *Perlis*, *Corallis* &
multis aliis, olim si Deo visum fu-
erit, in Actis Laboratorii Gottor-
piensis plenè describendam, præ-
stabit nunc *Tartarum* nostrum
persequi, ejusque veram resolu-
tionem & volatilisationem *via*
quoque *Fermentationis* consequen-
dam paullo accuratius edocere,
A 5 quo-

Quomo-
do Spir.
Salis
Tartari
volatilis
Fermen-
tatione
possit ac-
quiri.

quoniam tantò in desiderio est
Phylo-chymicis omnibusque ac-
curatioribus Medicis. Possè ve-
rò istam Volatilisationem omni-
um facillimè modo dicta viâ ac-
quiri seq. Operatio demonstra-
bit. Calcinentur primò *Tartari*
crudi ℥ ij vel iij. prout multum
Tartari fermentare animus est
leviter saltem & ad aliquam tan-
tum nigredinem, ut habeas, quò
maximè opus *fermentum* Tartari
fermentandi. Huic ollæ capa-
cissimæ immisso affunde tantum
aquæ, ut ad digiti latitudinem e-
mineat, ignemque primò lentum
admove ut tantum intepescat,
postea dimidium manipulum
Tartari subtiliter pulverisati in-
sperge, & brevi videbis bullulas
quasdam surgere, & accrescere
magis magisque. Hoc viso per-
ge veluti cœpisti, partitis nempe
vicibus Tartari pulverem insper-
gendo, & sic major fermentatio
exci-

excitabitur, bullis exinde tam concinno ordine surgentibus, ac si ipsas uvas naturales, excepto colore conspiceres, id quod non semel magna animi cum voluptate contemplatus sum, certum-que inde argumentum duxi, nec crudo deesse *Tartaro*, quod *aliis Salibus arte preparatis* concedere cogimur. Posse ea pristini sui domicilii formam exactè præsentare. Verum accuratò heic ignis regimine opus est, moderato nempe, quale omnis fermentatio requirit. Cavendum quoque ne copiosiori inspersione nimia ebullitio excitetur, & fermentatum quod solet, ollâ elabatur. Cessante fermentatione mitte omne quod inest ollæ in cucurbitam ferream, nam de vitreâ periculum est, ne rumpatur, cum ei sæpiusculè lintea frigidâ madefacta oporteat applicare, quô nimia Tartari fermentati ebullitio

pro-

prohibeatur, qui alias nimii caloris impatiens rapido cursu sursum ferri, & ipsum quoque Recipiens vas ingredi solet. Atque eâ quoque de causâ ignis cautissimè regendus, lentoque gradu augendus est, in fine tamen satis forti, ut Sal omne sursum pellatur. Et comperies quoque, si rectè rectèque processeris crassum illum feculentumque Tartarum fermentatione dictâ adeò subtilem volatilemque reddi, ut ne tantillum Salis fixi in Capite mortuo remaneat, id quod non semel expertus sum. Liquorem egressum, quoniam multâ aquâ fermentationis causâ additâ refertus est, multum quoq; rectificare oportet, & quidem eò usque, usque dum subalbidò colore appareat, quod indicat, debitam ei quantitatem Salis volatilis inesse. Quanti hoc æstimandum sit, vel folius Helmontii testimonium suf-

sufficere poterat, addere tamen in gratiam Chymiatricorum lubet, nos usum ejus non solum in affectibus Corporis internis, sed & externis adeoque in ipsa gangranâ mirabilem deprehendisse, immo & ejus beneficio Essentias quasdam parasse, quas frustra aliis menstruis tentavimus. Et sic fidele illud Helmontii monumentum veritati quàm maximè consonum deprehendimus.

c. 15. de
Febrib.
p. m. 780

Verum enim verò aliud ad huc usus Fermentationis isque factis illustris exponendus restat, posse nempe ejus beneficio Sulphura cruda, impura Naturæ adeo inimica omnium optimè & commodissimè separari, id quod sequens Opii præparatio demonstratum dabit, quam non possum non de meliori notâ commendare, præbet enim medicamentum tutum planè, & immune à vulgi dictæ immo quoque verè panchrestum, mille commoda ferens, si quis eò dextrè uti noverit.

Alter
Fermentationis
usus in
separando Sulphure
impuro,
noxio.

Acci-

Vera O-
pii Essen-
tia,

Accipe *Opii* Thebaici in parti-
culas confissi ℥ j. & affunde ei
in cucurbita humili Succo Cydo-
niorum benè maturorum *recentis-
simi* libras x, addeque Salis Tar-
tari puri & siccissimi unciam u-
nam, dein expone leni calori per
diem unum aut alterum, usque
dum bullulae quaedam appare-
ant, quod signum est imminentis
fermentationis, tunc adde istius
promovendae causâ Sacchari
subtilissimè pulverisati uncias
quatuor, porroque eum caloris
gradum observa, quem fermen-
tatio requirit, & sic satis benè
quocque ea procedet, videbisque
Opium evidenter attolli & resol-
vi per minima: cave verò à Sul-
phure Narcoticò graveolenti,
quod tunc solet exspirare. Vi-
debis tunc quoque partem impu-
ri volatilis spumosi superiora pe-
tere, partem verò magis terre-
strem in fundò cucurbitae subsi-
dere:

dere: tandem in mediò consistet purior pars, liquor nempe rubicundus Rubini instar pellucidus, quem cautè separabis, filtrabis & debita destillatione ad mellaginem inspissabis. Hanc denuò Spiritu Vini alcolisato dissolvas, filtres perque mensem digeras, ut quicquid adhuc crudi inest cœlesti illo igne maturetur, & perficiatur. Spiritu ad justam consistentiam abstractò experiere, tantæ Essentiam hanc esse virtutis & efficacisë, ut quarta pars grani vel dimidia ad summum appropriato vehiculò seu humidum velis seu siccam, permista, intentioni sufficiat, mirandosque planè usus præbeat.

Ad *Tritum* me nunc conver-
to Pharmacopœis quidem satis
usitatum, non item Chymicis,
quibus Paradoxon forsan vide-
bitur, quod eum tantis laudibus
eveham, dicamque eò solò mi-
randa

TRITUS
mirabi-
lis in
Chymia
usus, &
quidem
primo in
parando
vero Au-
to Pota-
bili.

randa posse in Chymiâ patrari.
 Perfacilè verò omnem eum as-
 sensurum mihi confido, qui mo-
 dò in sequentes duas, (ut multas
 alias nunc prætermittam) opera-
 tiones oculos animumque inten-
 derit, quarum utriusque experi-
 mentum in Laboratorio nostro
 Gottorpiensi factum, præsentè
 ipso Serenissimo Principe FRI-
 DERICO gloriosissimæ me-
 moriæ, Principe in omni Scibili,
 præprimis verò in Chymicis ver-
 fatissimo. Mirum equidem &
 id quoque primitus nobis accidit

Auri ali-
 quem
 TRI-
 TUM
 Plinii
 temporibus usi-
 tatum
 fuisse pa-
 tet ex L.
 XXXVI.
 cap. 26.
 Item L.
 XXXIII
 cap. 4.

AURUM fixissimum illud, ut
 Chymicorum more loquar, Cor-
 pus, TRITUS imperio se subde-
 re, quod aliàs nec igni extremò
 mundi Tyrannò, nec aliis fortis-
 simis quibusvis menstruis cedit.
 Cessit tamen ei, uti his oculis vi-
 dimus, verum adhibito instru-
 mento singulari, cui ob miran-
 dum hunc usum *Mola philosophica*

nomen

nomen indidimus, cujusque structuram eò accuratius heic delineandam curavimus, quoniam omne hujus operationis momentum ab ea dependet.

*Instrumenti delineatio heic
inserenda.*

Aurum itaq; foliatum q. v. in minimas particulas confisum mortario vitreo densissimo vel Aureò, quale Augustissimus Daniæ Rex FRIDERICUS divæ memoriæ paullò ante obitum Burrhi suasu, quam primum ei operatio hæc his in oris innotuerat, conficiendum curaverat, inditur, inque eò chartâ tantum rectò, ne pulvis vel aliud quid incidere queat, noctes atque dies continuâ molæ agitatione tam diu teritur, usque dum in pulverem fusco-subnigrum convertitur: Cui tritui utplurimum 14
B dies

dies infumendi sunt. Si verò quis de die saltem operari velit, integro mense opus erit. Dein pulvis hic Retortulæ non nimis profundæ sed planæ, quales Anglicanæ solent esse, immissus igne arenæ per gradus eoque tandem fortissimò pellitur, & sic stillabit paucas quidem sed rubicundissimas guttas, quæ vel per se, vel cum Spiritu Vini Tartarificato digestæ verum exhibent *Aurum Potabile* non fucatum, vel ulla aliâ peregrinâ qualitate infectum. Residuum quamvis facile quoque tritu poteramusolvere, placuit tamen Aceto nostro Philosophico ex viridi æris, Sulphure & Alcoole Vini longa digestionem parato extrahere & sic iterum Tincturam satis rubicundam, magnarumque omninò virium accepimus. Paucissimum verò quod „superfuit beneficiò

Borra

Borracis in corpus reduximus,
sed pondus ei debitum defuit.

Rudis utique primò aspectu
videtur Operatio hæc, quæque
multum saltem temporis & la-
boris, parum verò Artis requi-
rit; verum in recessu mirabilis
planè est, à mirabili illo Sale
Aëris unico Solvente Catholico
adjuta. Sal verò illud conti-
nuò tritu attrahi multa alia ex-
perimenta circa istud facta me
edocent, quæ Artis Laboratorii
Gottorpiensis olim edendis re-
servo.

Alterum TRITUS experi- Tritus
mentum exhibebit vera & genui- certissi-
na Mercurii Antimonii præparatio: mus u-
Mercurii nempe istius à nupero sus in
Non-Entium Scriptore tot telis parando
impetiti, adeoque inter non-En- Mercurio Anti-
monii.
tia chymica relati. Verum con-
donandum Medico & Anatomi-
co satisperito & meritissimò,
B 2 quod

quod in Chymicis non semper scopum sibi præfixum attigerit; & quæ quæso hæc est conclusio: *hunc vel illum Processum non succedere: Ergò nullum?* Criticum velle agere res omninò magni est momenti, & nonnisi in Arte diu multumque exercitatorum. Nullius verò autoritas me absterrebit quin eum publicò communicem non inanis gloriolæ ergò sed solò veritatis amore ductus Processum, quem non ipse solum præsentè Clementissimo meò Principe FRIDERICO Divæ Memorix olim elaboravi, sed & eundem manu exercitatisissimi Chymici Electoralis Saxonici Johannis Kunckelii elaborandum curavi, ne mihi soli fiderem, neve tali testimonio destituerer, quod improvidis istis Non-Entium Cenforibus pudorem incutere poterit.

Ar-

Atque ei fini ipsas Kunckelii
 literas testes certissimæ istius O-
 perationis vobis Præcellentissi-
 mi VIRI transmittere visum est,
 ut misero Mercurio eò majorem
 fidem faciam, nilque intermit-
 tam, quod ad ejus honorem asse-
 rendum pertinere queat.

IN TRITU verò præcipua ejus
 Operatio consistit. Tere itaque
 primò Regulum Antimonii in
 pulverem impalpabilem. Hu-
 jus verò libræ uni adde Salis Tar-
 tاري purissimi & siccissimi libras
 duas Salis Armoniaci uncias octo,
 & misce probè, dein humecta
 cum Urina hominis sani, & si ha-
 beri potest vinum bibentis, cura-
 que ut mistura hæc à duobus præ-
 validis & lacertosus juvenibus in
 porphyrite per integram diem
 sine ulla intermissione teratur,
 aspergendo semper, si humidum
 deficiat, Urinam; postea mistu-
 ram

B 3

ram

ram istam Cucurbitæ immitte, & superfunde Urinæ tantum, ut tribus digitis emineat, clausamque sicuti decet per mensem integrum lenta digestionem fove, & quotidie agita. Siq; interea temporis siccior appareat massa, re-affunde urinam, finitaque digestionem cum æqual. partibus vitri contusi & calcis vivæ in globulos forma, & in umbra sicca. Ex his sequenti modo Mercurium elicies. Primò præsto sit vas quoddam ferreum cucurbitæ instar oblongum, cui frigidam oportet infundere eamque in Terram defodere. Huic super impone laminam ferream multis foraminibus perviam, & ponè in eâ globulos benè siccatos, postea capitellum itidem ferreum & paullo depressius ei adapta, ut carbones candentes commodè ei imponere queas, & sic gradum ignis per quatuor horas modera-

23

deratum tene, dein auge eum per
totidem horas, usque ad extre-
mum: postea sine refrigerescere,
caveq; ne vas in terrâ defossum
prius moveas aquamq; effundas
antequam ea penitus refrixerit,
alias multam Mercurii, veluti
nobis primâ vice contigit, cum
Serenissimus moræ impatiens a-
quam ante tempus effundendam
juberet, jacturam facturus. Mer-
curius nempe tanta vi ignis in
minimas Atomos resolutus fri-
gore iterum coagulari debet.

Et sic puto me promissum
de Mercurio Antimonii ritè ex-
solvisse. Moveant nunc Criti-
ci quicquid voluerint, perstabit
tamen invicta veritas. Enim-
verò quem his manibus Mercu-
rium paravi & palpavi, immò &
his oculis post absolutam istam
destillationem in fundo vasis cur-
rentem vidi eum ut credam Non-
Ens esse, nemo mihi persuadebit.

B 4

Ne

Ne quidquam quoque movebor,
si rudissimis operatoribus hic vel
ille ex præcedentibus processibus
primâ statim vice minus ex votô
successerit. Sufficiat mihi nul-
lum me heic adduxisse, quem non
meâ ipsius experienciâ tentave-
rim & ad finem usque modô ha-
ctenus satis apertè & candide
(quod forsan multi mirabuntur)
descripto elaboraverim. Cogi-
tent verò isti in Arte hospites &
infelices operadores, quàm multa
ante & in ipsa operatione, & quo-
que post eam si quis de ea certus
esse velit sint observanda. Id
quod vel ex unius Tartari opera-
tione liquidò apparebit. Non
omnis nimirum Tartarus ejus-
dem bonitatis est, licuitque mihi
ejusdem magnam hæctenus di-
versitatem notare. Dein quoq;
ipsa Tartari fermentatio probè
curanda : si enim minus justa
fuerit, ille quoque per minima
haud

haud resolveretur, neque uvæ eâ
 quâ debent naturali formâ præ-
 sentabuntur, nec Sal omne quod
 præcipuum Operis est, volatilifa-
 bitur. Siq̃ue forsan inter destil-
 landum ignis excesserit, multum
 quoq; Salis volatilis comburetur,
 Spiritumq̃; graveolentem instar
 communis reddet. Plura non
 addam ne videar leviculis inhæ-
 rere. Et puto unicô hoc exemplo
 planum me fecisse, *quantô circum-*
spectu in chymicis agendum & judi-
candum sit. Reliquum est, Præcel-
 lentissimi Viri, precari supremum
 Numen velit glorioso huic insti-
 tuto vestro porrò benedicere sin-
 gulisq̃; vestrum Nestoreos largiri
 annos, unaq̃; ea subsidia, quibus
 excitati ad propositam metam
 pleno cursu pertingere, gloriam-
 q̃ue communis nostræ Patriæ
 GERMANIÆ feliciter promovere
 queatis. Valete & constanter
 mihi favete.

B 5

Ad


AD vos denuò me converto,
Præcellentissimi Viri, in vestrà
 humanitate confisus vel te-
 nue quoque *auctarium* eò liben-
 tius vos accepturos, quò magis
 ad præcedentia illustranda face-
 re videtur.

Colophonem cum jam iis ad-
 didissem, ecce occurrit inter
 schedas meas alia *circa Auri Tritum*
 operatio, communicata olim ab
 amico quodam rerum chymica-
 rum satis gnaro, commendata-
 que haud parum eò imprimis
 nomine, *quod etiam sine ignis mi-
 nisterio rubicundum stillaret liquo-
 rem*. Veruntamen à me tunc
 temporis impetrare haud potui,
 ut ei fidem adhiberem, quin po-
 tius eam in medio reliqui.

Nunc verò dum in reviden-
 dis istiusmodi Operationibus
 versor, hanc quoque paullò ac-
 curatius expendere cœpi, di-
 gnamque tandem judicavi, quam
 curio-

curiosis vestris oculis exponerem, cum haud vanum mihi effectum promittere videatur.

Ut verò eò melius de eâ judicium ferre queatis, rudem ejus delineationem præmittendam duxi.



Morta-

Mortarium (a) ex purissimò
 Chalybe confectum est, Corpus
 ei immittendum quod vicem pi-
 stilli vel Tritoris subire debet (b)
 itidem chalybeum est, debetque
 mortariò eâ quâ delineatum est
 formâ respondere, nisi quod ad e-
 jus basin tribus digitis latius & sic
 quoque crassius oporteat esse. (c)
 Spatiolum est, cui lamina Aurea
 crassitiem dimidii ducati æquans
 interponitur. (d) Manubrium
 est, quò Corpus istud Chalybeum
 b ad tres septimanas veluti Ami-
 cus monuit versari debet, & sic
 tandem *Aurum resolutum iri in li-
 quorem Potabilem.*

Videtis, *Viri Præcellentissimi*,
 qualis recens hic operandi sit
 modus, simplex planè, nullòque
 artificiò constans. Nam vobis
 se probaturus sit, scire desidero.
 Mini utique, ut liberè dicam
 quod sentio, talis omninò vide-
 tur, neque ullum quoque dubium
 mihi

mihi est, longè citius & expeditius
 Aurum hōc modō resolvi posse, quam
 si Mortario Aureō vel vitreo
 quō nos usi sumus immittatur, ob
 Martis nempe Sulphureo-Salinam
 qualitatem, quæ Tritu isto à compedi-
 bus suis liberata & ad summum sub-
 tilitatis gradum eveēta eō potentius
 in solidissimam Auri compagem agit,
 unāq; Sal illud Aëreum majori in co-
 piā attrahit, quam unquam in Mor-
 tario Aureo vel vitreo fieri potest.
 Ast illud sagaciores mihi objectu-
 ros prævideo, continuatō nempe
 isto Tritu particulas chalybeas abra-
 di, & cum Aureis permisceri. Nolo
 repugnare iis, qui sic sentiunt.
 Ast vero velim & illud quoque
 ab iis perpendi, quanta horum Sul-
 phurum sit cognatio, quantum quoq;
 Digestionis beneficium, purum tan-
 dem ab impuro separantis, unāq; ex-
 citantis occultum illum ignem Mar-
 tialem, genuinis Naturæ mystis satis
 cognitum, qui ab Alcoole Vini ad-
 jutus

30

jutus paucum illud immaturum
satis benè ad debitam maturita-
tem excoquere valet,

Paucis multa num dixerim
& dubio supra allato satisfecerim
videatis *Viri Præcellentissimi*. Vo-
bis enim perspectæ sunt Naturæ
Operationes. Moneo verò com-
modâ hac occasione iterum atq;
iterum omnes eos, qui ad *Arcana*
artis aspirant, velint *Naturam du-*
cem & Magistram sequi, duoq; ejus
præcipua media quibus ad res produ-
cendas & perficiendas utitur, com-
mendata sibi habere, Fermentatio-
nem nempe & Digestionem. Utrius-
que peramplum Usus paucis sal-
tem præmissâ Epistola indicavi,
possemque adhuc pluribus con-
firmare, verum puto ista hâc vice
sufficere. Sufficiat Philo-Chymi-
cis, quod magnum illum Fer-
mentationis Usus duplici expe-
rimentô demonstraverim & præ-
cipuè in paranda *vera Opii Essen-*
tia,

*tia, quam frustra aliâ viâ quæsi-
runt, nunquam nimirum ad ve-
rum Chymie scopum, qui est puri ab
impuro separatio, perventuri. Con-
siderent quoque quàm longissi-
mè vulgaris illa præparandi O-
pii ratio ab istâ distet, quamque
exiguos planè ab hac fructus
sperare liceat, qui in illa præstan-
tissimi sunt & omninò mirandi.*

Majoris adhuc usus Digestio
est, subque eâ comprehensa Ma-
turatio, officinis Chymicorum
hactenus ignorata: Et conside-
rent modo Philo-Chymici alla-
tum à me in Corallis experimen-
tum. Quis enim facilè credat,
*Corpus adeò durum & lapideum solâ
Digestione in lentam molliusculamque
mucilaginem converti posse. Quis
credat tantillum Tincturæ, quæ Co-
ralliis inest, sola Digestione adeò au-
geri posse, ut tota eorum substantia
nil nisi Tinctura appareat.* Satis
ergò

ergò paucis hisce experimentis³²
indicasse puto, quod Philo-
Chymici imitandum habeant.
Valete, Præcellentissimi Viri, &
tenue hoc auctarium æqui bo-
niq̃ue consulite.

FINIS.

